Quelle: http://manuscripta.at/?ID=510
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in tuseca vel naturalis esset cau-
sa inculpabilis videtur Dum-
tamen per homines non turbe-
tur amor et desiderium pu-
ritatis in corde corporalis
castitatis non maculatur Si
vero procedit a causa vici-
osa confitende sunt cause
locus et tempus et mora co-
tracta in eis et vices motuum
sicut supra de circumstanciis peccatorum
dictum est Non igitur sufficit
dicere generaliter culpa demoti-
bus sed debes dicere sic dum
essem in ecclesia vel oracione vel
dum audirem missam aut pre-
dicacione cogitavi talem at-
tu turpem aut habui me-
moriam alicuius persone in
cuius affectu iam habui va-
na complacencia aut in-
ordinatum amorem aut as-
pexi in ecclesia talem personam
cum placencia impudica cuius
causa habui motus carnis
totiens et per tanta mora
et si dixisti illi persone tibi
graciose aliqua verba
aut fecisti aliquod signum
maliciose ut sic habes co-
placenciam libidinosam et
motus carnales per maio-
rem mora totum confiteri
debes maxime si verba
non dixisses aut signum non
fecisses sic plures si de illis
puram delectacionem non
habuissem etc

Quoniam multi vi-
dentur neglige ut
agnoscant affectio-

nes suas viciosas et personis non
curant confiteri cum tamen diligenter
sint perscrutandum et cum suis vi-
ciis orientibus corporis confirme
de quibus ideo pertransire non intendo
quod multi nimis afficiuntur ad se
ipsos quidam ad aliquas personas
quidam ad honores quidam ad
divicias temporales Et quia hec
sunt sicut murus inter deum
et animam ideo nullus homo
habens aliquod de predictis potest
in via dei proficere nec habere
puram oracionem et maxime
qui est carnalis affectio ad per-
sonam et de hac intendo modo
loqui Nam talis affectio mul-
tos spirituales sub specie amici-
cie spiritualis a statu oracionis im-
pedit et impedivit Hec est
inquietitudo mentis pesti-
fera oracionem oris et mentis
inficiens et dispergens et que
affectus exteriores animi menti
generat et evertet Nam sicut
oracio pura mentem purifi-
cat et illuminat letificat
fortificat et impinguat Sic
carnalis affectio et immunda
mentem inficit et obscurat
contristat et debilitat et desiccat
corpus eciam maledictionibus
implicatum Et quia spiritualibus
loquor propter quos ista scribo
noverint ipsi quod licet carna-
lis affectio sit omnibus peri-
culosa et dampnosa eis tamen
perniciosa est magis maxi-
me cum conversantur cum persona que
spiritualis videtur Nam quamvis